



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

De 7. Præcepto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

DE VII. PRÆCEPTO  
Decalogi.

*Non furandi.*

*Quid, & quotplex sit Iustitia.*

**I**Hoc præceptum, pertinet ad iustitiam seruandam circa bona temporalia, & extera. Est autem iustitia triplex, Legalis, Distributiva, & Commutativa. Definicitur autem in communione iustitia esse Constaens voluntas ius suum unicuique tribuendi. Legalis respicit ius communitatis, & consistit in perfecta legum obseruantia, propter bonum commune. De qua S. Thom. 1. 2. q. 68. Distributiva, & Commutativa respiciunt ius particularium personarum; vnde dicuntur iustitiae particulares. Distributiva consistit in distributione bonorum communium facienda à Principe, vel Communitate Ciubus, secundum proportionem meritorum, aut dignitatum, &c. Commutativa vero, quæ est perfectissima iustitia, respicit iura particularia.

Ci-

Civium in sua bona, per quam vnuſquaque vult ius alterius seruare illæſum, & ſi læſum fuerit resarcire: & hæc primò versatur circa mutua hominum commercia in bonis proprijs vniuſcuiusque. Et de his S. Thom. ibid. quæſt. 6 I.

### De Contractibus.

**H**Æc Iustitia, & eius opposita Injustitia ſolēt ut plūrimum verari circa humanos Contractus. Est autem cōtractus latissimè aliqua actio, ſeu conuentio inter duos, vel plures ad aliquid faciendum, ſive ex ea ſequatur obligatio, ſive non. Si autē ſequatur mutua obligatio, erit propriè, & ſtrictè contractus: ſi vero vniuſ tantum obligatio ſequatur, erit contractus minus ſtrictè, & ferè coincidit cum pacto. Sic ergo contractus propriè eſt conuentio, ſeu pactū inter plures, obligationem ſaltem in altero pariens.

3 Ad perfectionem contractus requiriſtur interior cōſensus aliquo ſigno extero significatus. Potest autem primò significari re ipſa, ſeu traditione rei: ve

M

de-